

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Capvt. I

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

eorum perficitur sine machinatione, studiorumq; uario ac soleriti uigore, igitur quoniā hæc ita sunt tradita & constituta, non uidetur esse dilectum, uti caute summaq; diligentia, ante quam instituantur opera, eorum expediatur rationes. Ergo quoniam neq; lex, neq; morum institutio id potest cogere, & quotannis & prætores & ædiles ludorum causa machinationes præparare debent: uisum mihi est, imperator, non esse alienum, quoniam in ædificijs de prioribus uoluminibus exposui, in hoc qui sumptum summam corporis habet constitutam, quæ sint principia machinarum ordinata, præceptis explicare.

DE MACHINA QVID SIT, ET EIVS AB OR
GANO DIFFERENTIA, ORIGINE & NECESSITATE.

C A P V T I.

MA CHIN A est continens ex materia coniunctio, maxima ad onerum motus habens virtutes. Ea mouetur ex arte circulorum rotundationibus, quam Græci κυκλικὴ κίνησις appellant. Est autem unum genus scensorium, quod græce ἀργοστέρημὸν dicitur: alterum spirale, quod apud eos τεῦχον οὐατημὸν appellatur, tertium tractorum, id autem Græci λεύχον iocant. Scensorium autem est, cum machine ita fuerint collocatæ, ut ad altitudinem tignis statutis, & transuersarijs colligatis sine periculo scandatur ad apparatus spectacionem. Spirale est, cum spiritus expressionibus impulsus, & plague uocesq; organicas exprimuntur. Tractorum uero cum onera machinis pertrahuntur, aut ad altitudinem sublata collocantur. Scensoria ratio non arte, sed auctoritatem gloriatur. Ea catenationibus, & transuersarijs, & plcxis colligationibus & erismatum fulcturis continetur. Quæ autem spiritus potesta te assumit ingressus, elegantes artis subtilitatibus consequitur effectus. Tractoria autem maiores, & magnificentia plena, habet ad utilitatem opportunitates, & in agendo cū prudentia summas virtutes. Ex his sunt alia que mechanicos, alia que organicos mouentur. Inter machinas et organa id uidetur esse discrimen, quod machinae pluribus operibus, aut maiore coguntur effectus habere, uti baliste, torculariumq; prela. Organæ autem unius opere, prudentii tacitu perficiunt, quod propositum est,

III SCVL

DE ARCHITEC. LIB. X. 225

olerti uigore
ur esse die-
pera, eorum
instituio id
causa machi-
Se alienum,
qui finitio-
i machina

B OR

maximas ad
circularum
t. Est autem
alterum spiri-
torium, id
un machine
ansuersarij
n. Spiritale
; organicis
strahuntur,
arte, sed au-
xis colligit
ritus potest
tur effectus.
ad utilitatem
Ex his sunt
achinas et ot-
eribus, aut
prela. Or-
positum est,
ulli Score

scorponis, seu anisocyclorum uersationes. Ergo & organa & ma-
shinarum ratio ad usum sunt necessaria, sine quibus nulla res potest esse
non impedita. Omnis autem machinatio est à rerum natura procreata,
ac à preceptrice & magistra mundi uersatione instituta. Nāq; animad-
uertamus primum, & apiciamus continentem Solis, Lune, quinq; etiam
stellarum naturā, quæ ni machinata uersarentur, non habuissimus in ter-
ralucem, nec fructuum maturitates. Cum ergo maiores hæc esse animad-
uertissent, è rerum natura sūmpserunt exempla, & ea imitantes inducti
rebus diuinis, commodas uitæ perfecerunt explications. Itaq; compara-
uerunt ut essent expeditiora, alia machinis & carum uersationibus, non
nulla organis. Et ita que animaduertserunt ad usum utilia esse, studijs, ar-
tibus, institutis, gradatim augenda doctrinis curauerunt. Attendamus
enim primum inuentum de necessitate, ut uestitus, quem admodum telarum
organicis administrationibus, connexus staminis ad subtegmen, non mo-
do corpora tegendo tueantur, sed etiam ornatus adjiciant honestatem.
Cibi uero non habuissimus abundantiam, nisi iuga & aratra bobus iu-
mentisq; omnibus essent inuenta. Sucularumq; & prelorum et uectium,
si non fuisset torcularis preparatio, neq; olei nitorem, neq; uitium fructuum
habere potuissimus ad iucunditatem. Portationesque eorum non essent,
nisi plaustrorum, aut sarracorum per terram, nauicularum per aquam
inuentæ essent machinationes. Trutinarum uero librarumq; ponderibus
examinatio reperta, vindicat ab iniquitate iustis moribus uitam. Non mi-
nuisq; sunt innumerabiles moderationes machinationum, de quibus non
necessè uidetur disputatione, quoniam sunt ad manum quotidiane, ut sunt
rote, folles fabrorum, rhede, cista, torni, ceteraq; que cōmunes ad usum
conuetudinibus habent opportunitates. Itaq; incipiemus de his que raro-
ueniunt ad manus, ut nota sint, explicare.

DE AEDIVM SACRARVM PVBLCARVM= que operum machinationibus tractorijs.

C A P V T I I.

P R I M U M Q V E instituemus de his, que ædibus sacris ad ope-
rumq; publicorum perfectionem necessitate comparantur: que si
FF a unita.